



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

XXII. De officio Acolythorum in Missa Defunctorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

## TITVLVS XXII.

## De officio Acolythorum in Missa Defunctorum.

1. **I**N Missis Defunctorum deferunt quidem ad altare initio Missæ candelabra, sed nō ad Euangelium, ad quod præcedāt omnium postremi sine candelabris, sed manibus iunctis post Subdiaconum, deinde in loco in quo cantatur Euangelium stat vnus à dextris & alter à sinistris Subdiaconi tenentis librum Euangeliorum.
2. Ad lotionem manuum Celebrantis adferunt etiam pelliculam & manutergium, sed qui defert manutergium illud tradit Diacono, quod exteris Celebrantis manibus illi reddit, qui verò pelliculam, ipse eam sustinet sub Celebrantis manibus, Subdiacono aquam fundente.
3. Tenent faces accensas genuflexi ad eleuationem vsque ad communionem inclusiue.
4. Ad absolutionem in fine Missæ deferunt candelabra habentes Subdiaconum medium vt suis locis dicitur. Cætera peragant vt in alijs Missis.

## ANNOTATIONES.

§. 1. Ceroferarij ordine Acolythatus decorari debent, eorum enim officium ex ordinatione ipsa id requirit; debent esse item ambo pares staturâ quantum fieri potest, sicut eorum candelæ, & candelabra recta, & non inclinata, deferenda; Cùm autem ea sumpturi sunt, semper ea nudis manibus sumunt, & discoopertis, & is qui est à parte dextra ponit dextram in medio candelabri globo, Sinistram verò in pedem qui cingulo respondeat; qui verò ad sinistram, è contra accipit globum sinistrâ, dexterâ verò pedem.

§. 2. Eorum habitus semper est superpelliceum, & licet

*Cerem. Epis.  
lib. 1. c. 11.*

*Q. s.*

*& licet*

ommunionem  
colythos, qui  
int, & tum sic  
te sibi inuicem  
stanti & mini-

um primus ex  
n purificatio-  
intortitia seu

Celebrans su-  
um defert am-  
ula ad Altare,  
it sine osculis,  
orror sine ge-  
lefert interim  
nu Euangelij  
deunt ad loca  
stant vel ge-

Missæ genu-  
i sinistra ap-  
stant, se sig-  
nt versus tra-

& non prius,  
accedunt per  
radus, vbi

cum Cele-  
b, salutantes  
ique Cele-  
bra & adiu-  
redunt ad  
æ prius ad  
ique facta

TITVLVS

& licet in quibusdam locis vtantur Albis, regulariter tamen convenientius est vt vtantur superpelliceis, quia est eorum habitus Clericalis.

§. 3. Bini incedere debent, & non vnus post alium, nisi angustia loci impediatur, & tunc iunior precedit Seniore.

§. 4. Genuflexiones æqualiter, & eodem tempore simul faciunt nisi aliquid obstat, incedunt semper pari, & æquali passu, & in omnibus alijs semper conuenire, & conformes esse sibi inuicem debent, quantum fieri potest. Dum stant sint corpore recto, ac firmo, demissisque ad terram oculis, & instar statuarum immobiles, vnde sæpè non genuflectunt, vt ad Euangelium, initio hymnorum *Veni creator*, & *Aue marie* & ad alia, ad quæ Clerici & alij genuflectere debent, vt infra dicitur, & præcipue quando comitantur Crucem cum candelabris suis

§. 5. Dum candelabra non tenent, & manus vacuas habent si procedant cum Celebrante, cū alijs, regulariter eas iunctas tenent ante pectus, sicut ad Euangelia, ad quæ non deferunt candelabra; initio Missæ dum Celebrans facit Confessionem, donec ascendat ad Altare, dum Celebrans dicit *Gloria in excelsis* & Symbolum, quando sunt genuflexi, dum Celebrans se communicat, ad Orationem ante Epistolam, & post Communionem, & ad quædã alia prout ab experito & prudenti Cæremoniario docebuntur. Ad alia verò manus pectori appositæ modestè tenere debent.

§. 6. Cum ipsi Acolythi deseruiant ad accendendos & extinguendos cereos, aduertant vt si plures sint accendendos ad Vesperas & Missam, quàm ad aliud officium solemne, præsertim diebus solemnioribus hunc ritum obseruent. Antequam factâ Altari genuflexione, accipiunt virgas oblongas, quæ vulgò extintoria vocantur, habentes candelas in earum summitate, quam vnusquisque admouet ad lampadem, vel lampades quæ sunt ad Altare, si prius in Sacrificia non fuerint accensæ; dum bini accedentes hinc inde ad Altare, facta iterum genuflexione, accedunt à parte sua primum cereos qui sunt in medio Altaris, seu Crucis, vel Tabernaculo proximiores, deinde remotiores, siue quatuor, siue sex, iisdem ordine, & tempore, ita vt vnus nunquam alterum præueniat, sed simul id faciât quantum fieri potest, vel saltem qui prius accendit cereum, expectet alium; quibus accensis, descendunt si-

mul

mul ad infimum gradum Altaris vbi genuflectunt, candelas extinguunt. Virgas in locis suis deponunt, & redeunt ad Sacristiam, vel in Chorum. Si verò extingtoria sint in Sacristia, ibidem ea accendunt Ceroferarij & deferunt recta ad Altare. vbi factâ genuflexione, cereos accendunt, vt supra, quibus accensis, ea reportât, cum debitis reuerentijs, vel ea relinquunt ad Altare.

§ 7. Quando autem prædicti cerei sunt extinguendi, siue omnes, siue aliqui tantum, hæc erit ratio. Idem Acolythi factâ in medio ante Altare genuflexione accipiunt extingtoria, & hinc inde à parte sua quisque suos extinguit ordine retrogrado incipientes à remotioribus à Cruce, & factâ genuflexione, recedunt.

§ 8. Si verò vnus tantum accendit cereos, incipit ab ijs qui sunt à parte Epistolæ Cruci Altaris proximiores tum eos qui sunt à parte Euangelij, & pari modo, & eos extinguit modo contrario incipiendo à remotioribus à Cruce.

§ 9. Aduertant etiam Ceroferarij, vt dum genuflectunt retro post Subdiaconum aut alios, id faciant conuenienti spatio, ne sint nimis propinqui eidem dum genuflectunt.

§ 11. Si desit Ceremoniarius, Acolythi curare debent vt antequam Celebrans cum Ministris Sacristia ad Altare prodeat Missale sit positum in Altari, & apertum suo loco super puluinari, item vt Credentia parata sit, & instructa suis partibus.

§ 12. Acolythi procedentes ad Altare, aut etiam sub Sacrificio Missæ, nunquam debent esse cooperto capite.

§ 13. Quotiescunque Acolythi transeunt ante medium Altaris & faciunt reuerentiam genuflexionis. Item quoties generaliter ipse Celebrans Altari facit reuerentiam Acolythi, si steterint, vno genu vsque ad terram genuflectant & ad nomen Iesu cum à Celebrante Diacono aut Subdiacono clarè pronuntiatum profunde inclinant excepto eo tempore quo sub decantatione Euangelij candelabra tenent.

§ 14. Acolythi Celebranti semper faciunt reuerentiam profundâ capitis humerorumque inclinatione.

§ 15. Dum sedet Celebrans Acolythi regulariter stare debent apud Credentiam & si sit moris vt sedeant cum Celebrante sedent super Altaris gradu in cornu Epistolæ facie versâ ad Celebrantem non ad popu-

Garran  
part. 2. tit. 4.  
n. 7. lit. B.

lum. In stando, & genuflectendo conformant se Choro, non tamen sedent ad Epistolam, etiam si Chorus sedeat. Regulariter tamen sedere non deberent praesertim si Celebrans sit Praelatus, ultimi autem sedere debent, & primi surgere.

§. 16. Monentur expressè Acolythi finitâ profanatione non deferenda esse candelabra cum cereis accensis ad Altare, quasi ea sufficiant sed accendenda alia in torticia siue maiores candelas easque sine candelabris tenendas.

§. 17. In defectu Ceremoniarum reponunt bireta Celebrantis & aliorum ministrorum extra Credentiam super aliquod scamnaria vel in alio loco decenti.

§. 18. Finito Euangelio à Diacono, Acolythi sine mora iterum imponunt candelabra Credentia.

§. 19. Ministrant Celebranti in lotionem manuum debitis cum osculis ampullæ & manucergij ante & post, sed stantes non vero genuflexi ministrant.

§. 20. Sabbato Sancto & Penthecostes, assistunt quidem ad euangelium, sed tantum iunctis manibus & similiter ad eam partem quæ habetur loco Euangelij, quando in maiori hebdomada cantantur passiones, hinc inde à lateribus Subdiaconi sine candelabris.

## TITVLVS XXIII.

### *De officio Thuriferarij in Missa solemn.*

*Compend.  
Car cap. 20.  
11179. 1.*

1. **A**duertat Thuriferarius quod in Missa solemn, nisi celebretur pro Defunctis, quater adhibetur incensum. Primò post *Confessionem* antequam dicatur *Introitus*, secundò ad *Euangelium*, terriò post *oblationem* panis & vini, quatiò ad *elevationem* SS. Sacramenti.

*Carem. Epis.  
lib. 1. cap. 23.*

2. Materies, quæ adhibetur pro incenso vel solum, & purum, thus esse debet boni odoris; vel, si aliqua addantur, aduertatur, vt quantitas thuris longè superet.

3. Acolythus seruiens de thuribulo & nauicula, indutus erit habitu clericali & superpelli-